Copia dela Bula del estudio general y universidad
de Valencia y Prematicas de aquel reyno y copias de las
cartas de su Mag.d para los diputados y SS. de vasallos acerca la
expulsion de los moriscos y el bando q se hizo para ello y otras copias
tocantes a esto y ala beatificacion del patriarca D. Juan de Ribera y la
sentencia del bandolero de [illegible] y el [illegible] y otros papeles para
formar el agua del rio Xucar en el reyno [illegible] y otras
partes del dicho reyno de Valencia.—

Alexander. Ep̄us servus servorum dei ad
perpetuam rei memoriam Inter ceteras felicitates
quas mortalis homo In hac labili vita ex dono dei
nancisci pōt. non In ultimis computari meretur &
per assiduum studium adipisci valeat scientie
margaritam. Que bene beateqz vivendi viam pre
bet ac peritum sua preciositate longe excellentiorē
facit Imperito et ad mundi arcana cognoscenda di
lucide Inducit et suffragatur ac Ignobiles et Infimo
loco natos In sublimes erigit optimam reipub^ce
gubernationē et virtutes omnes edocet ac tam divi
narum qz humanarum rerum cognitionem hosten
dit et orthodoxam fidem tanqz firmissimum pro
pugnaculum a perfidorum Infidelium Inmanitate
perversorumqz hereticorum pertinacia tuetur
Et Illius terminos salutiferis medijs extendit
Unde sedes ap̄lica rerum spiritualiū ac tem
poralium provida administratrix et Inquis lau
dabilis exercitij perpetua et constans adiutrix. Ut
eo facilius homines ad tam excelsum humane condi
tionis fastigium acquirendum et acquisitum In
alios cum augmento semper tanti boni acquisiti
transferendi facilius Inducantur. Cū aliarum
rerum destributio massam minuat. Scientie ve
ro communicatio quanto In plures diffunditur tāto
magis augeatur Illos hortatur eis locat prepara.
Et opportune ad id cōmoditatis auxilia Impar
titur. Presertim cum venerabilium fratrum nostrorum
sancte romane ecclesie cardinalium qui partem
apostolice sollicitudinis subiectis humeris sustine
re noscuntur vota ac locorum et personarum quali
tas et utilitas id exposcunt. Nos qz id In dno con
spicimus salubriter expedire. Sane pro parte dilec
torum filiorum comitatis civitatis Valen. nobis nup
exhibita petitio continebat: Quod si In civitate predicta
que regni caput et metropolis ac Inter alias Illarum
partium civitates nobilis admodum et Insignis existit.
Et In qua diversarum partiū persone tam ecclesie qz secu
lares In copioso numero conversantur Studium generale

Vigeret literarum in quo omnes licite facultates legerentur
quamplures civitatis et Regni predictorum ac aliarum partium
persone literarum studiis in ea libenter intenderent et eru
diti efficerentur. Et nedum eiusdem civitatis ornamento et
amplitudini ac Reipublice gubernationi et utilitati verum
etiam animarum saluti quamplurimum consuleretur. Summo
opere cupiunt in eadem civitate que mari propinqua existit
et in qua victualium ubertas et habitationum commoditas
aliarumque rerum ad usum humane vite pertinentium copia
reperitur huiusmodi studium erigi generale. Quare pro parte
tam dilecti filii nostri Ludovici Sancte Marie in via lata
diaconi cardinalis qui in illa valent ex concessione et dis
pensatione apostolica preesse dinoscitur quam communitatis pre
dictorum nobis fuit humiliter supplicatum ut in predicta
civitate studium huiusmodi erigere et instituere et quod inibi de
cetero perpetuis futuris temporibus studium sit et vige
at generale, studiique generalis universitas existat tam
in theologia ac iure canonico et civili necnon medecina
et artibus liberalibus ac latinis et grecis literis quibuscunque
alia licita facultate in quibus sunt in Romanen. Bononien.
Salamantin. ac quibusvis aliis studiis generalibus ad
hoc privilegiatis ecclesiastici quecumque et qualiacumque beneficia
ecclesiastica obtinentes ac Layci magistri doctores et li
centiati ac alii graduati publice legant et doceant: ac
studere volentes undecumque fuerint studeant et profici
ant benemeritique ad magisterii doctoratus licentie et
alios gradus promoveri et eorum insignia recipere
valeant: statuere et ordinare aliasque in premissis oppor
tune providere de benignitate apostolica dignaremur. //
Nos igitur qui catholice fidei exaltationem et anima
rum salutem ac fidelium omnium commodum et utilitatem
omnibus quibus possumus mediis exquirimus ac civitatem
a qua originem trahimus et communitatem huiusmodi preci
pua quadam et singulari dilectione prosequimur et
in visceribus gerimus caritatis: eorumque decus et am
plitudinem sinceris affectibus exoptamus: huiusmodi
supplicationibus inclinati in predicta civitate unum stu
dium generale auctoritate apostolica tenore presentium
erigimus et instituimus: Et quod ad inibi de cetero per
petuis futuris temporibus vigeat studium generale
~~auctoritate apostolica~~ studiique generalis universitas
existat tam in theologia ac iure canonico et civili

nec non medecine et artibus liberalibus ac latinis
et grecis literis qz quavis alia licita facultate. In quibus
sicut in Roman. Bonon. et Salamaticen. et quibusvis
aliis studys generalibus ad hoc privilegiat. ecclesia
quecumqz et qualiacumqz beneficia ecclesiastica obtine
tes ac laycy magistri et doctores et licenciati ac alii
graduati legant et doceant ac studere volentes
undecumqz fuerint studeant et proficiant ac bene
meriti ad magistery doctoratus licencie et alios gra
dus promoveri eorumqz insignia recipere illaqz
eis impendi valeant ac qz prefatus Ludovicus car
dinalis et archiepus Valentin. pro tempore exis
tens studij et universitatis huiusmodi cancellarius exis
tat qui per se vel aliquis alius per eum aut dicta
ecclia pastore carente dilectos filios capitulum
eiusdem ecclie ad hoc pro tempore deputatus vica
rius seu locumts. In qualibet dictarum facultatum
comendabilis vite scolaribus de consilio et assensu //
duorum aut trium in eadem facultate doctoru seu ma
gistrorum baccallariatus. Illis vero quos ad hoc
rector studij et regentes magistri facultat. In qua sin
guli scolares predicti postulabunt etiam pro tem
pore existentes aut maior pars eorundem ydoneos
reputaverint rigurosos precedente examine licenc.
necnon quibusvis cum rigore examinis huiusmodi
promotis licenciatis magistery seu doctoratus gra
dus et eorum insignia de regentium doctorum seu
magistrorum predictorum vel maioris partis eoru
consilio et assensu conferat et intendat. Et illi qui
et singulos gradus sic promoti fuerint et insignia hu
iusmodi receperint respective licenciam habeant tam
in predicto qz in quocumqz alio studio et ubiqz terraru
absqz alio examine vel approbatione legendi docendi
et cetera faciendi et exercendi que magistri et docto
res ac baccallary in Roman. vel Bononien. aut Sala
maticen. predictis seu quocumqz alio generali studys
promoti facere et exercere possint seu poterunt in futurum.
Et insuper qz cancellarius seu eius vicarius predictus
ac rector ipsius studij Valen. et rectores ibi residentes
pro tempore vocatis seu aliquibus ex canonicis dicte
ecclie providis et literatis de quibus eis videbitur
pro felici statu et salutaris directione dicti studij

Valentie tam super cursibus per eosdem graduan
dos peragendis quam aliis quibuscumque studium ipsum
et illius personas concernentibus que cumque salubria
statuta et ordinaciones laudabilia et honesta sa
cris tamen canonibus non contraria condere possit.
Quodque omnes et singuli magistri doctores licenciati bacal
larii scolares et studentes ac studere volentes ad
dictam civitatem accedendi et inibi legendi docendi et
studendi ac gradus et insignia huiusmodi modo
premissis recipiendi facultatem habeant: Necnon
universitas et studium Valentie huiusmodi ac inibi pro
tempore legentes et studentes ac qui gradus et insig
nia huiusmodi inibi ut prefertur receperint et eorum
singuli omnibus et singulis privilegiis preeminenciis
libertatibus immunitatibus exempcionibus favoribus
prerogativis graciis indultis et concessionibus quibus
romana bononiensis salamantinensis predicta et quevis alia
studia generalia ac eorum universitates ac ad gradus
huiusmodi in eis pro tempore promoti et regentes docentes
legentes et studentes utuntur potiuntur et gaudent
ac uti potiri et gaudere poterunt quomodolibet in futurum
utantur potiantur gaudeant ac uti potiri et gaudere
libere ac licite possint et valeant eisdem auctoritate
et tenore statuimus et ordinamus non obstantibus
premissis ac constitucionibus et ordinacionibus apostolicis
ac statutis et consuetudinibus dictarum universitatum
iuramento confirmacione apostolica vel quavis firmitate
alia roboratis ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli
ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre erectio
nis institucionis statuti et ordinacionis infringere vel ei
ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare
presumpserit indignacionem omnipotentis dei ac beatorum
petri et pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Ro
me apud sanctum petrum Anno incarnationis dominice
millesimo quingentesimo decimo kalendas februarii pontificatus
nostri Anno nono

Pres inserta copia in duobus cartis presente vero
comprehensa extracta fuit a libro privile
giorum insignis civitatis Valencie et cum
eodem bene et diligenter comprobata per me

Jacobum benedictum eximeno not(arium)
publicum insignis ciuitatis valentie
scribamque aule ac magnificorum iuratorum
et consilii memorate ciuitatis Et vt
eidem plena fides vbique adhibeatur
hic me subscribo meumque solitum artis
notarie appono Sig num

Quum ex distantia locorum de fide et legalitate no
tariorum sepe dubitetur Ideo nos Hieronimus
Gil ciuis iusticia ciuitatis valentie in ciuilibus
Notum fidemque facimus vniuersis et singulis
officialibus cuiusuis regni siue vel eorum locatenentibus
ad quem seu quos presentes peruenerit litere vel presentate
fuerint quod supradictus Jacobus Benedictus eximeno not(arius)
qui presens insertum priuilegium a libro priuilegiorum
insignis ciuitatis valentie abstraxit clausitque
et subsignauit est notarius publicus dicte ciuitatis
et scriba aule mag(nificorum) iuratorum et consilii memo
rate ciuitatis ac in matricula collegii ta
bellionum premie ciuitatis descriptus pro taliquo
habitus tentus et reputatus palam et publice
inter eius notos Propterea et dicto priuile
gio cuiusque alijs actis attestationibus et scriptu
ris per eundem notarium et scribam receptis
clausis et subsignatis fides plenissima tam in
iudicio quam extra iudicium ac alias vbique quosquam
adhiberi valeat Ideo presentes patentes sigillique
nostri iusticiatus officij appositione munitas iussimus
vobis fore destinandas Que date fuerunt Va
lentie die decimo octauo mensis maij anno
a natiuitate domini M D L [illegible]

11.100

Ms. Latin 190
63M-23
1963(A-27611)BAGENS

Copia de la bulla de privilegios concedidos al estudio general de Valencia
el papa Alexandro con certificatoria

Copia de la bulla con
çedida al estudio ge
neral de Valencia con çer
tificatoria